BEDA VENERABILIS

Admont, 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26210
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cantibus carnem suam uitam retribuit sempiternam. Utitur enim et hoc
testimonio contra arrianos. qui equalitati sanctae trinitatis con
tradicunt. astruentes quia indiuidua diuinae operationis uni
tate uiuificet pater. uiuificet filius. uiuificet spiritus sanctus. pater
uidelicet et filius quia scriptum est. sicut enim pater suscitat
mortuos et uiuificat. sic et filius quos uult uiuificat. spiritus
uero sanctus ut hoc testimonio declaratur quod dicitur de filio. ut nos
offerret deo. mortificatos quidem carne. uiuificatos autem spiritu
ideoque quorum una operatio est horum esse dispar substantia vel
essentia non possit. In quo et eis qui in carne conclusi erant spiritu
ueniens praedicauit. qui increduli fuerant aliquando. Qui
nostris temporibus in carne ueniens iter uitae mundo praedi
cauit. ipse etiam ante diluuium eis qui tunc increduli erant.
et carnaliter uiuebant spiritu ueniens praedicauit. Ipse enim per
spiritum sanctum erat in noe ceterisque qui tunc erant sanctis. et per eorum bonam
conuersationem prauis eui illi hominibus ut ad meliora
conuerterent praedicauit. Conclusos namque in carne dicit
carnalibus desideriis aggrauatos. Unde de illis scriptura ait. [uehementer]
quia omnis caro corruperat uiam suam. Quod autem dicit in quo. sig
nificat in eo quod praemiserat ut nos offerret deo. quia et tunc
siqui ad praedicationem domini quam per uitam fidelium praetendebat cre
dere uoluissent. et ipsos offerre deo patri gaudebat. siqui autem
detrahebant de bonis tamquam malefactoribus hi uenientes
diluuio confundebantur. Nam et de utroque potest intelligi quod ait
in quo. idem in quo et eis qui in carne conclusi erant spiritu ueniens
praedicauit. ut per eandem suam praedicationem et credentibus corona lau
dis. et his qui in incredulitate erant perstitissent confusio nas